

oculos adhuc sopitos paulatim eleuantes, id est
in proceritatem pandiculantes, id est excessu dilatantes,
tandem uideretis repetita sagius Domini
sui matutina salutatione ex lecto anserina
sarto larā sensim proripentem, ut animal
illud pigris nonine absolēt. deinde linguam
humaram quam ei natura quidem derogauit mira
lucubratione et studio imbibit ut alios salutare,
hospitum aduentum annuntiare possit, inter quos
est Simonis magi caris, qui iubente Diuo Petro
Simoni Domino suo eius aduentum annuntiavit, ut
etiam ipse Simon admiratus obstupesceret, tacebo
quod primus in Pontificum Romanae Ecclesiae coro-
natione, summum Ecclesiae Patrem salutauerit,
quod inter spectacula frequens reperitur, testis
est Ambrosius Gigapheta qui ceterum suū in
coronatione Urbani quinti intruseit, qui Pontifici
occurreret et se pedibus eius supponens ululatus
ederet per syllabam u vel ue, ita nomen Urbani
si non exprimendo certe inchoando celebrans.